Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

inmeridie
Ego si plenam habuero scientiam scripturarum licet oratione tua non pascor
Denique sponsa in cantico canticorum dicit. ubi pascis inquid ubi cubas in meridie
Videlicet quia sponsus non pascitur nec recubit in hora tertia sed in meridie. ubi
pascis ubi cubas ubi te inuenio. ubi delicias fruaris. ubi te possum inuenire,
O sponsa mea. uis me inuenire in meridie in scientia perfecta in bonis operibus in
clara lumine quia ego habeor non meridie. propter eam diabulus
transformatur in angelum lucis et ipse simulat habere se lucem habere se
meridiem. quando heretici qui misteria aliqua permittunt. quando gnaceloque
quando continentia. quando ieiunia. quando secretate. quando renuntiatione
se ipsi permittunt meridie, Sed quia non est xpi lumen. non est meridies sed demonium meridianum,
Cadent a latere tuo mille et decem milia ad dexteram tuam: singulae uerba scripturarum
singulae sacramenta sunt. Istae rusticae uerba quae putantur a stultis hominibus:
plenae sunt sacramenti. habemus enim thesaurum in uasis fictilibus:
thesaurum in sensus diuinis habemus in uerbis uilissimis. Cadent a latere tuo
mille et decem milia ad dexteram tuam. et clarete cum uiderabeo cum dictum fuerat,
Scuto circumdabit te ueritas eius non timebis a timore nocturno, quis est
iste de quo supradictum est. qui habitat in adiutorio altissimi in protectione
dei caeli commorabitur, habeo ergo qui habitat in adiutorio dei. cadent a latere
tuo mille et decem milia ad dexteram tuam. dextera scilicet dicitur sinistra dicitur latus sed
Vide enim quid dicitur et decem milia ad dexteram tuam. et quomodo dixerat cadent a la
tere tuo mille. Quando enim dextera dicitur et sinistra non nominatur, per sinistra
latus nominatur, Si enim poterat iustum esse uirtus tua habere et sinistram
Quare inquid percussit in dexteram maxillam bere et alteram nidix et sinistram. Nihil
sinistra quae per bere sed dextera. alteram ergo simplicem dico. quia iustus duas
dexteras habet. denique et ille ad quem scribitur in iudicum libro: per ea duas
dexteras habere dicitur qui iustus erat et interfecit illum pinguissimum regem
Cadent a latere tuo mille et decem milia ad dexteram tuam. plures sunt qui insidiantur dex
teram eius. Si sunt plures qui insidiantur sinistrae. per a latere mille ca
dent et ad dexteram decem milia. Vbi enim maior pugna maior uictoria. pauci insidiant
latere plures insidiantur dexterae, Quia angelis suis mandauit de te ut
custodiant te in omnibus uiis tuis, Istum locum diabulus rupdno intentatus est. Cum enim tempore quo tentauit dominum. sin quid filius dei es mitte te de
orsum. Scriptum est enim de te quod angelis suis mandauit de te ut cus
todiant te in omnibus uiis tuis. In manibus portabunt te ne forte offendas
ad lapidem pedem tuum,